



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Rebus Gestis Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv

Marchetti, Annibale

Florentiæ, 1687

Capvt XX. Romæ Societati tandem adiungitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43962

Romæ Societati tandem adiungitur .



Ad Clau-
dij Acqu-
pedes se a-
bijcit.

T ad Urbem peruenit, ad ædes Scipionis Gōzagæ Patriarchæ Hierosolymitani, quemadmodum a Parente in mādatis habuerat, diuertit ; a quo perhonorificè hospitio receptus, post modicam quietem iactationi, ac defatigationi datam, ad Claudium Aquavivam totius Societatis Moderatorem perrexit : cuius obuiam in inferiorem usque ambulationem, prodeuntis, Aloysius genibus aduolutus, sese in eius potestatem tradidit, ac filium pariter, famulumque tantâ demissione professus est, ut vix humo erigi pateretur . Mox quosdam ex Purpuratis Ecclesiæ Patribus, quibus cum Ferdinando parente vetus necessitudo erat, salutatum abijt : quos inter Aloysius Estensis, & Alexander Farnesius tantâ humanitate eum accepere, ut aegrè ex eorum manibus, hospitio secum retinere conantibus, dilaberetur .

Salutationibus Principum peractis, septem præcipua, & celeberrima Urbis templa, aliaque
loca

loca sanctissimis olim religionibus consecrata,
 obire statuit : quod dum exequitur , incredibile
 memoratu est , quantâ cum animi attentione ,
 atque ardore tum per viam Divina contempla-
 retur , tum ipsa sacra Delubra ingressus Numi-
 ni, Superisque omnibus , atque in primis Virgi-
 ni Deiparæ supplicaret . Exinde ad Sixti V
 Pont. Max. *Pōt. Max,* *adit.* *Biblioth* *di biblini* *20 2 of.* *1511* *11 6*
 Aedes Vaticanas contendit, eo con-
 silio , ut redditis , quas ad eum perferebat , pa-
 ternis litteris , non nisi Pontificiâ auguratione ,
 votisque munitus ad religiosa castra propera-
 ret . Pontifex admissis ad se Adolescente , per-
 missoque de more pedis osculo , multa eum de
 ineundæ vitæ consilio interrogat : ad quæ om-
 nia cum paratum , meditatunque respondere
 intellexisset , magnitudine animi multis verbis
 collaudatâ , ut , quò ceperat , porrò pergeret,
 hortatus est : signoque sanctæ Crucis munito
 abundi potestatem fecit . Die insequenti heb-
 domadis primo , in sacello Divis Abundio , &
 Abundantio Martyribus sub arâ maximâ Tem-
 pli Farnesiani Soc. Iesu dicato , rei Divinæ in-
 terfuit : ubi cum Sacer Mystes augustissimum,
 Christi Corpus populo ostentaret , lacrymas de
 more fudit quamplurimas : iisque madidus (quæ
 ipsi ad sacram Cœnam lavatio erat) sub sacri-
 ficij finem Cibo pastus est Eucharistico : quod
Lachrymis *ante Euch.* *cœnam se* *abluit.*

astantibus cunctis, ac præsertim Scipionis Gōzagæ famulis, qui id sæpius obseruarant, magno ad Christianam pietatem, atque ad Eucharisticæ Dapis reverentiam incitamento fuit. Tum gratis ritè peractis, Præsidis Claudij inuitatu, unà cum Scipione Gonzagâ, & reliquis eius Domus Patribus, in communi triclinio accubuit. Inde ad locum, in quem Nostri post epulas conueniunt, discessum: ubi maximam cunctis admirationem effecit, ut prudentia Iuuenis præcox, canaque flavo sub capillo mēs; ita verba nulla prolata, nisi quæ prudentia ipsa præiret: mores præterea ex festinatâ maturitate, veluti fructus e florenti adhuc plantâ, gratissimi.

Tyrociniū
init die fe-
sto S. Ca-
tharinæ V.
& M.

Tandem septimo Kal. Decembris, quo die D. Catharinæ Virg. & Mart. solemnis gratulatio est, Aloysius undevicesimum ætatis annum agens, tyrociniij domum, cui ab Apostolo Andrea nomen, cunctis familiaribus suis eū Antistite Gonzagâ comitantibus, omnibus planè lætitijs incedens ingressus est. In vestibulo autem ædium, cum paululum restitisset, conuersus ad suos paucis, sed exempli efficacitate vibratis verbis hortatus est, ut suæ quisque salutis consuleret. Cumque alia alijs mandata daret, Cataneo Sacerdoti commisit, ut Ferdinando

nando Parenti suis verbis salutato hæc dicta, *Quid Patri renunciaret . Obliviscere populum tuum , & domum patris tui* : haud obscure significans , id consilij sibi in posterum cordi futurum , mentemque suam popularibus omnibus , ac domesticis vacuum uni Deo , collegam indignanti , sedem exhibiturum . His dictis famulos , comitesque omnes tanti Principis iacturâ graviter affectos , complorantesque dimisit .

Tyronibus per id tempus præerat Vir eximius Io: Baptista cognomento Piscator, qui ingenti vultus, atque animi longè in posterum, prospicientis hilaritate Aloysium complexus in Sacram Ædem deduxit. Ibi flexis ante principem aram genibus S. Adolescentem ætatis, ac pudoris flore vernantem, fragrantemque Æterno Numini gratissimum munus exhibuit : tum Hierosolymitano Antistiti ad aram operanti uterque adfuere, a quo etiam cælestis conuivij Panem eo, quo solebat, mentis ardore Aloysius suscepit : deinde unâ omnes simul cû Præsidente Aquavivâ, qui pariter cumulandæ lætitiæ gratiâ eò conuenerat, cibum in communi mensâ sumpserunt. Post epulas eidem Antisti mox discessuro meritam pro eo ac deberet (plurimum enim in eius rei maturitatem studij, operæque contulerat) gratiam semper habiturum,

Quid Patri
renunciari
mander.
Pf. 440

ac memori mente, fufisque pro eius falute precibus perfoluturum promifit. Quibus ex verbis haud modicè commotus fenex Iuuenem, amplexus, manantibus per ora lacrymis, felicem prædicavit, cui tutiffimam, proximamque ad Cælum viam, Deo monftrante, ac ferente, ingredi daretur: plurimùmque dolere fe ait, quòd fibi eius veftigijs infiftere, minimè per ætatem liceret. Eo deinde cum reliquo comitatu digreffo, Io: Baptifta Pifcator tyronum præfectus Adolescentem in Conclave, ubi noftri rudimentum ponere, primùmque feſe Societati probare inſtituunt, induxit: quod dum Aloyſius ingreditur, mirificè lætus Davidicum, *Ps. 131.* illud uſurpavit: *Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.* Mox omnibus paulatim dilapſis, fores occludit, genibusque ante Numen ſubmiſſis, amantiſſimis verbis in lacrymas ſubinde abeuntibus, immenſas illi gratias agit, quòd ſe ex Ægypti ſeruitute vindicatum in promiſſam hanc terram, promiſſi Cæli ſpecimen, ac pignus, medios inter hoſtes, induxerit. Seque propterea hoſtiam, religioſæ vitæ aſteritate eius honoribus maſtandam libentiſſimè devovet. Illud interim precibus omnibus, paſſiſque manibus obteſtatur, ſibi uti exhibitos in amplexus ruenti minimè

C A P V T XX. 151

mè brachia subduceret, sed viæ arduitate quã-
doque perterritò, hærentique præstò esset, ma-
nuque porrectâ, quousque ad æternam felici-
tatem egrederetur, opportunè opem afferret.
Exinde verò diem illum D.Catharinæ sacrum,
quo tyrocinium inierat, solemne sibi festum
instituit, inque reliquam ætatem præci-
puâ religione celebrare nunquam
omisit: piâque Virginem lit-
teris, ac probitate dignif-
simam, quæ nostris
proponatur
exemplum, perpe-
tuam sibi Patro-
nam ado-
ptavit.

Festû diẽ
S.Car. quo
tãnis præ-
cipua ve-
ner. colit.



K 4

DE

181

THE HISTORY OF THE
CITY OF PADERBORN
FROM THE EARLIEST
TIMES TO THE PRESENT
BY
JOHN HENRY
MANNING
OF
PADERBORN
IN GREAT BRITAIN
BY
JOHN HENRY
MANNING
OF
PADERBORN
IN GREAT BRITAIN

A
qu
ag
pa
&
in
ni
m
ciu
co